

*Excerpta nonnulla
ca
Scriptis Sum. Patrum.
nec non
ca Sacra Scripturae
Libris.*



Can. P. Pullicino



1
Conversus Paulus desiit
esse Saulus: factus est humilis
et mitis corde.

Mansuetudo est exterior
quaedam parvitas.

Triplici velut ariete
mansuetudo nostra pulsatur,
verborum injuriis, damnis
rerum, corporis lesione.

Probatu est illa virtus,
quam nihil horum videtur
concutere potuisse.

S. Bernardi

Serm. 1^o

Initio



2.
Regis nostra paradus est:
ad quam, Jesu cognito, redire per
viam, qua venimus, prohibemur.

A regione iterum nostra
Superbiendo, inobediendo, visi-
bilia sequendo, cibum vetitum
gustando discussimus:

Sed ad eam necesse est,
ut flendo, obediendo, visibilia
contemnendo, atque appetitum
carnis refrorando redeamus.

S. Gregorii Papae
Hom. 10
in Evang.

3
De Nomine Jesu

Pleum effusum nomen
tuum.

Pleum enim luct, patit,
et ungit.

Proet ignem, nubit carnem,
levit dolorem: luct, cibus, me-
diuna.

Luct predicatum, patit
uoqitatum, invocatum levit
et ungit.

Serm. S. Bernardi
Ser. 15 Sup. Cant.

4
Virtus -

Non favet virtuti, nisi
qui sequi potest.

Sequi autem non facile
est omnibus.

Si possunt, quos pau-
peres et rerum indigentia ex-
crevit, et capaces virtutis ef-
fecit.

Virtutis autem via non
capit magna onera gestantes.

Augustus frumus est,
per quem justitia hominem
deducit in celum.

Hunc tenere non potest,
nisi qui fuerit expeditus et
nudus.

Sacrauntius
Lib. 7^o Instit.

Anima et corpus

Sicut anima et corpus con-
sociata sunt, tamen contraria sunt,
et impugnant invicem.

Animi bona, mala sunt
corporis; id est, opum fuga, volup-
tatum interdictio, doloris mortis-
que contemptus.

Item corporis bona, mala
sunt animi; hoc est cupiditas,
et libido, quibus et opes appetun-
tur, et suavitates variorum vo-
luptatum, quibus enervatus
animus extinguitur.

Sacrauntius
Lib. 7^o Inst.

Malum

Omni malum impatientie adscribendum.

Malum impatientia est boni.

Atque impudicus non impatiens pudicitie, et improbus probitatis, et impius pietatis, et inquietus quietis.

Tertullianus
de Patientia

Iustus

Est iustus, qui in principio sermonis accusator est sui; et est iustus, qui ex fide vivit; et est iustus, qui absque terrore est.

Et primus quidem bonus, quia accedit ad viam: secundus melior, quia currit per viam: tertius optimus, quia jam appropinquat ad finem viae.

Via Domini via recte, via pulchra, via plena, via plana.

Recte sine errore, quia docent ad vitam. Pulchra sine sordibus, quia docent munditiam. Plena multitudinem, quia totus jam mundus est intra Christi sagenam. Plana sine difficultate, quia donant suavitatem.

S. Bernardus
Ser. 21 de Siver.

Humilitas

Totius humilitatis summa in eo videtur consistere, si voluntas nostra divina, ut dignum est, subiecta sit voluntati.

S. Bernardus
Ser. 26.

Obedientia

Non est fortitudinis ius ad inobedientiam, sed ab obedientia non abducitur.

Id.
Ser. 41

Fides

Fides est alia preceptorum, alia signorum, alia promissorum: id est qua credimus in Deum, qua credimus Deum, qua credimus Deo. — Per fidem preceptorum credimus in Deum: credere autem in Deum est in eum sperare, et eum diligere. Per fidem signorum credimus Deum, qui quidquid promittit veraciter complet talia potest, et omnia potest. Per fidem promissorum credimus Deo, qui quidquid promittit veraciter complet.

Id.
Ser. 45.

10.
Eclesia

Non Eclesia proprium est,
ut tum vincat, cum creditur; tum
intelligatur, cum arguitur; tum
obtineat, cum describitur.

S. Hil.

Sib. 7. de Trin.

—
Initium operum bono-
rum, confessio est operum ma-
lorum.

S. Aug.

Tract. 12

in Joan.

—
In summo honore, summa
sit humilitas: honoris laus est
humilitatis virtus

S. Aug. Ser. 213 de Temp.

Christianismus

Christianismus quid est? ad.
Similitudo Dei, quatenus eam ad.
sequi potest humana fragilitas
natura.

S. Basil.

de Vita Chris. c. 14

—
Anima

Vita corporis, anima: vita
anime, Deus. Et sicut corpus
mortuum est sine anima;
ita anima mortua est sine
Deo.

S. Isid. Hisp.

Sent. L. 1.

12
Clemosyna

Due sunt clemosine, una corporalis, sicutienti dare quidquid potueris; altera spiritalis, dimittere a quo laesus estiteris. Primum prima adhibenda est miseris, secunda malis. Cit ego quod semper impartias, etsi non pecuniam, saltem vel gratiam.

S. Isid. Hisp.

Sent. L. 3.

Tribulatio

Iustus in adversis pro-
bati se cognoscat, non dejecti.

Id.

Minus dum speratur
tentatio gravat: Dure autem

13
premit, si non sperata ad-
venit.

Id.

Sapientis est contra om-
nia adversa ante meditari:
ne inveniri casus debet, quem
non consilia ejus preveniant.

Id.

Justitia

Vera justitia compassio-
nem habet, falsa justitia dedi-
gnationem; - quamvis et justii
soleant recte peccatoribus dedi-
gnari: - sed aliud est quod ari-
stus typo superbiae, aliud quod
zelo discipline.

S. Greg.

Hom. 34 in Ev.

14
Hospitalitas

Hospitalitatem esse remuneratam.
Turis affectus avaritiae est.

S. Ambrosii. Lib. 7 in Luc.

Divitia

Discant divites, non in
faustibus crimine haerere, sed
in iis, qui uti nesciant faustibus.

Divitiae ut impedimen-
ta improbis, ita bonis sunt
adjumenta virtutis.

S. Ambrosii.

Lib. 8 in Luc.

Fides

Vera fides est, quae in hoc
quod verbis dicit, moribus non
contradicit.

S. Gregorius.

Hom. 29 in Ev.

15
Magister

Primus discendi ardor,
nobilitas est Magistri.

S. Ambrosii.

Lib. 12. De Virg.

Humilitas

Laudabilis virtus virgini-
tas, sed magis necessaria humi-
litas: illa consulitur, ista pre-
cipitur.

S. Bernardus.

Hom. 1 Super Missas

Imago Dei

Homines ideo ad imaginem
Dei conditi, ut imitatores sint sui
Auctoris.

S. Leo

Ser. 1^o de Jeju.

Idem.

Hæc est naturalis generis nostri dignitas, si in nobis, quasi in quodam speculo, divinæ bonitatis forma resplendat.

bo.

Sacerdos

Sacerdotis Christi os, meus, manusque concordent.

S. Hier. ad Nep.

Libertas

Ibi major ad bonum libertas, ubi minor ad malum licentia.

S. Bern.

Adolescentulorum Educatio.

Quid majus quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores? Omni certe pictore, omni certe Statuario, æterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc ducem, qui juvenum animos fingere non ignorat.

S. Joa. Chrys.

Hom. 60 in Mat.

Opus spirituale

Spiritualis homo... omne opus suum terna quadam consideratione preveniat; primum quidem an liceat, deinde an debeat, postremo an expediat.

S. Bern.

De Cons. III. 4.

Mundi Sapientia.

Mundi Sapientia est, con-
machinationibus regere, sensum
verbis velare, que falsa sunt vera
ostendere, que vera sunt falsa
demonstrare; — Hæc prudentia
usu a juvenibus scitur, hæc a
pueris prælio discitur, hæc qui
sciunt ceteros despiciendo su-
perbiant, hæc qui nesciunt
subjecti et timidi in aliis mi-
rantur; quia ab eis hæc eadem
duplicitatis iniquitas nomine
palliata diligitur, dum mentis
perversitas urbanitas vocatur.
Hæc sibi obsequentibus præcipit
honorum culmina querere, ade-
pta temporalis gloria vanitate
gaudere, irrogata ab aliis mala

multiplicius reddere, cum vires
suffertunt nullis resistentibus
cedere, cum virtutis possibilitas
deest quidquid capere per mali-
tiam non valeat hoc in paci-
fica bonitate simulare.

S. Greg. in Job.

Justorum Sapientia.

Sapientia justorum est
nil per ostensionem fingere,
sensum verbis aperire, vera ut
sunt diligere, falsa devitare,
bona gratis exhibere, mala
libentius tolerare quam facere,
nullam injuriæ ultionem
querere, pro veritate contra-
viliam litem putare.

Id.

Malum

Melius (Deus) iudicavit de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere.

S. Aug. Enchi.

Philosophia

Hoc est philosophiae culmen, simplicium esse cum prudentia. Haec vita est angelica.

S. Ioa. Chrys.

Serm. 62. in Mat.

Crua Christi

Omniium fons benedictionum, omniium est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.

S. Leo, Serm. de Passio.

Paradisus.

Regio nostra paradisus est. Ad quam, Iesu cognito, redire per viam, qua venimus, prohibemus. A regione nostra, superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando recessimus. Ad eam necesse est, ut plendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis reprimendo redeamus.

S. Greg. Serm. 10
in Evang.

22
Justificatio.

Hoc est, quod justificat impios,
et ea peccatoribus facit sanctos, si
in uno eodemque Domino nostro
Jesu christo, et vera Deitas et vera
credatur humanitas.

S. Leo. Sermon. 5
de Cpi.

23
Roma

Potentiam Romane urbis ardens
poeta describens ait: "Quid satis est,
si Roma parum est?" Quod nos alio
mutemus eloquio: "Quid saluum est,
si Roma perit?"

S. Hieron. Ep. 91.

Mors Christi

Mortem nec solus Deus
sentire, nec solus homo supe-
rare potuisset.

S. Aug. Ser. 3.

De Genes.

Correctio

Plus cura corrigendos agit bene-
volentia, quam severitas; plus
cohortatio, quam comminatio;
plus caritas quam potestas.

S. Greg. Dist. 45.

Correctio sui ipsius

Motum natura informat: si
quid sane in natura vitii est, in-
dustria emendat.

S. Aug. Op. 1.



20
Pax

Pax est concordantium in bono
animorum ordinata tranquillitas.

Cass. in psal.

Tunc est vera pax hominis et
vera libertas, quando et caro animo
judice regitur, et animus Deo
preside gubernatur.

S. Leo in Serm.

Ibi / in celo / sit meus, et
hic vitæ requies.

S. Aug. Ser. 2. de Asc.

21
Pax

Quoniam loquitur pacem in plebem suam; et super
sanctos suos. Psal. 84

Quatuor sunt paces: duas dat
mundus; et duas dat Deus. Mundus
dat pacem in tranquillitate rerum
temporalium; et in sanitate cor-
porum. Deus dat pacem in tran-
quillitate mentis; et in gaudiis
contemplationis.

Ea pax quæ est in tranquillita-
te mentis, in homine est; ea quæ
est in gaudiis contemplationis, su-
pra hominem est. Illam Deus
in plebem loquitur; quia eam
imperfectioribus tribuit: hanc
super sanctos; quia eam perfec-
tioribus concedit.

Aug. de Sto Victor.

20
Lex

Beati qui ambulant in lege Domini. Gal. 118.

Alii sunt in lege ambulantes; alii sunt in lege stantes; alii a lege declinantes. In lege ambulant qui in bono proficiunt. In lege stant qui a bono non recedunt. A lege declinant qui non faciendum presumunt.

Id.

29
Paulus

Quare in Samos cum ibat? nempe quia magna erat illa civitas, et regia. Timebat igitur, ne illa civitas preveniretur a Christo.

J. Jo. Chris.

Paulus Archetypus bonorum, cui omnem predicationem, res orbis, mysteria omnia univ. universamque dispensationem Deus concessit.

Id.

Paulus caecatur, ut videat

J. Hiero.

Cecus sane factus est Paulus, ut interiore luce fulgeret cor ejus.

J. Aug.

De duobus Testamentis.

Verus testamentum significat
novum: lex gratiam. Lex data est
per Moysen, gratia per Christum.

Lex data est die quinquagesimo post
quam celebratum est pascha in terra
Egypti; gratia data est die quinquagesimo post resurrectionem Domini.

Lex data est in monte edulso, gra-
tia data est sursum in caenaculo.

Lex data est in fulgoribus igneis,
gratia data est in linguis igneis.

Lex data est duodecim tribubus,
gratia data est duodecim apostolis.

Lex scripta est in duabus tabulis,
gratia constat in duobus precep-
tis charitatis.

Aug. de S. Viet. in Levit. 3.

Paulus

Conversus Paulus conver-
sionis minister factus est uni-
verso mundo.

S. Bern.

Ca. Term. 1^o.

Hieronymus dicit, quod Paulus
Apostolus et virgo fuit, et (ut ipse
ait) plus omnibus laboravit; et
ideo majoris meriti, quam aliquem
aliorum (nempe Apostolorum) esse
dicit.

Aug. a S. Viet. in Ev. Joan.

32
Unitas in Christo,

Ligna vitis tanto sunt con-
sumptibiliora, si in vite non man-
serint, quanto gloriosiora si man-
serint.

J. Aug.

Hom. 81 in Ioa.

Unum de duobus palmis
concreuit, aut vitis aut ignis:
si in vite non est, in igne erit;
ut in igne non sit, in vite sit.

Id.

33
Gratis.

De mansione huius seculi
aliquando subripit, ut hoc petamus
quod nobis non expedit nescimus.

J. Aug.

Hom. 81 in Ioa.

Christus non facit, quando
petimus, nisi quod expedit
nobis.

Id.

Bona Vita

Ad hoc debet unicuique prodesse bene vivere, ut datur illi semper vivere. Nam cui non datur semper vivere, quid prodest bene vivere?

Non bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel edicta se nesciunt, vel inflatione contemnunt.

Non est cuiquam spes vera et certa semper vivendi, nisi agnoscat vitam, quod est Christus.

J. Aug.
in Joan. Tract. 45

Perfectio Vita.

Hoc est philosophiae culmen, simplicem esse cum prudentia. Haec vita est angelica.

Chryso. Hom. 62 in Mat.

Prudentia sine simplicitate, astutia est: sicut simplicitas sine prudentia, fatuitas.

Thyrs. a J. Viet. in Ep. ad Rom.

Prudentia serpentis est servare caput, in quo est venenum unde vivit: simplicitatis columna est quod lesa non recedit.

Id.

Bonum et Malum.

Solo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo.

S. Paulus ad Rom.

Sapienter est in bono, qui bene utitur sapientia sibi data.

Simplices sunt in malo, qui nec malum pro malo reddunt. Sic se habent quasi nihil sciunt.

Simplices in malo, qui malum pro malo reddunt; qui de uno malo duo faciunt.

Augo a S. Vict. in S. Pau. ad Rom.

Fides

Aliud est credere Deum esse, quod est fides cognitio nis;

aliud est credere Deo, quod dicitur fides consensus;

aliud credere in Deo, quod dicitur fides fiducia;

aliud credere in Deum, quod est per fidem, et dilectionem in Deum tendere.

Augo a S. Vict. in Ep. ad Rom.

38
Amicus

Amicus dicitur quasi ami-
mi custos; cui videlicet secreta
animi alterius patent.

Chrys. & S. Viet. in Co. Ioa.

39
Sacerdos

Quasi pater totius orbis Sacerdos
est: dignum igitur est, ut omnium
curam agat, Sicut et Deus, cuius
fungitur vice.

Chrys. in 1. ad Tim.

40
Oratio

Nihil aliud est oratio, quam mentis devotio, id est conversio in Deum per pium et humilem affectum, fide, spe, charitate subnixa.

Aug. & I. Vit. De Mod. Or.

Lectio sine meditatione arida est; meditatio sine lectione erronea: oratio sine meditatione tepida; meditatio sine oratione infructuosa: oratio cum devotione contemplationis acquisitiva; contemplationis adeptio sine oratione, aut rara, aut miraculosa.

I. Aug.

Scala Parad. ca. XI.

41
Musica

Tam turpe olim fuit, Musicam nescire, quam literas.

I. Isid. Lib. 3 Orig.

Cantus, plenus sit gravitate, ne lasciviam resonet, ne rusticitatem. Sic suavis, ut non sit levis: sic mulceat aures, ut moveat corda. Et sensum libere non evacuet, sed fecundet.

I. Ber. Ep. 312.

In ipso canendi genere, prima disciplina verecundia est: ut sensim quis, aut psaltere aut canere incipiat, ut verecundæ principia commendent procer. suum.

I. Amb. Ep. c. 18.

47
Lus

Ut filii lucis ambulate. Frustrum
lucis est in omni bonitate, et ju-
stitia, et veritate.

Ephes. 5.

48
Salus

Non petitur in nomine Sal-
vatoris, quidquid petitur contra
rationem salutis.

Rom. 1. Aug.

102. in Joan.

44
Adversitas

Adversitas, que bonis viris
objicitur, probatio virtutis est,
non judicium reprobationis.

J. Cris.

Epist. ad Romanum
122. Lib. 9. Tit. 2.

Certe in sanctis omnibus fa-
cit, quod neque tribulationes, ne-
que jucunditates sinit habere con-
tinuas: sed tum de adversis, tum
de prosperis justorum vitam qua-
si admirabili varietate contesit.

Joh. Cris.

in Rom. 8 ad Mat.

45
Ecclesia

Nonnumquam Ecclesia tantis
sentitium pressuris non solum
afflicta, sed et fedata est, ut,
si fieri posset, Redemptor ipsius
eam protus deservisse ad tem-
pus videretur.

Beda

in Cap. 6. Mar.

De Ecclesia gentium dicitur:
Nigra sum, et formosa, filia Jeru-
salem. Unde est ecclesia nigra? et
formosa? Nigra per naturam, for-
mosa per gratiam. Unde nigra?
Cuius in iniquitatibus conceptus
sum, et in delictis peperit me ma-
ter mea. Unde formosa? Asperges
me hyssopo, et mundabor, lavabis
me, et super nivem dealbabor.

J. Aug. Ser. 201 de Jeru.

Miraculum

Majus miraculum est jubentis totius mundi, quam saturatio quinque millionu hominum de quinque panibus.

Tamen hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia majus est, sed quia rarum est.

S. Aug.

Trait. 24 in Joan.

Persecutio

Unum nomen est persecutio. Sed non una est causa certaminis: et plus plerumque periculi est in insidiato, et occulto, quam in hoste manifesto.


S. Leo.

Serm. 9. Quadr.

Non calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem: — et quantum corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in celo est.

S. Aug.

De Sum. Dom.



Deus

Tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit.

S. Greg.
Hom VI. in Matth.

Johannes

Propheta ministerium est, ventura predicere, non etiam demonstrare. Johannes vero plus quam propheta est, quia eum quem precurrendo prophetaverat, etiam ostendendo monstrabat.

S. Greg. M.
Hom VI. in Matth.

Johannes vocem se esse asserit, quia verbum precedit.

Adventum Dominicum / Johannes) precurrens, vox dicitur, quia per ejus ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur.

S. I.
Hom. VII. in Matth.

Clemosyna.

Nolite proximis vestris
Clemosynam verbi subtrahere.

S. Greg. M.

Hom. VI in Matth.

fortasse (quis) panem, ut
indigenti clemosynam porrigat,
non habet; sed majus est quod
tribuere valeat, qui linguam
habet.

Id.

Plus est vultu papulae vic-
torem in perpetuum mentem
reficere, quam ventrem mori.
tunc carnis terrenus pane
satiare.

Id.

Verbum

Ociosum quippe verbum est,
quod aut utilitate utilitatis,
aut ratione justa necessitatis
caret.

S. Greg. M.

Hom. VI. in Matth.



32
Cena Domini.

Quia eternum Dei convivium
nobis in caetero preparabitur,
rectum fuit ut hoc non prandium,
sed cena vocaretur.

S. Greg. M.
Hom. XXXVI in Luc.

33
Pecator

Qui peccanti veniam proponit,
peccanti diem castinum
non promisit.

S. Greg. M.
Hom. XII in Matth.

Mors.

Memento te quid Scritas dicat:
 Crate ne fiat fuga vestra hyeme vel
 sabbato. — Per Legis quippe manda-
 tum, ambulare longius sabbato
 non licet: hyems progre ad
 ambulandum impedimento est,
 quia pressus ambulantium tor-
 por frigoris adstringit. — Ait
 ergo; Crate ne fiat fuga vestra
 hyeme vel sabbato; ac si aper-
 te dicat: Videte ne tunc quera-
 tis peccata vestra fugere, quando
 jam non licet ambulare.

J. Greg. M.

Hom. XII in Matth.

Damnatio

Quos diu, ut convertantur,
 (Deus) tolerat, non convertos durius
 damnat.

J. Greg. M.

Hom. XIII in Luc.

30
Silentium.

Sapient est qui novit
tacere.

J. Amb. De Officiis

L. 1. c. 2

Quamplures vidi loquendo
peccatum incidisse, vis quem
quam tacendo.

Id.

Rerum est tacere quemquam,
cum tibi loqui nihil prosit.

Id.

Tacere nosse quam loqui
difficilius est.

Id.

Sapient ut loquatur, multa
prius considerat, quid dicat, aut
cui dicat, quo in loco, et tempore

Id.

L. 1. c. 11.

31
Injuria.

Melior est qui contemnit
injuriam, quam qui dolet: qui
enim contemnit, quasi non sen-
tiat, ita despiciat: qui autem
dolet, quasi senserit, torquetur.

J. Amb. De Of.

L. 1. c. 6

Virtus

Magna est virtus, si non
 cedas a quo lesus es. Magna est
 fortitudo, si etiam lesus remit-
 tas. Magna est gloria, si, cui
 potuisti nocere, parcas.

S. Isid.

Solil. L. 2.

Melitensium

ad Christum conversis

Palam est eos qui sic cum
 (Paulum) auferunt, verbum
 predicationis accepisse. Neque
 enim trimestri tempore deservis-
 set, nisi vere credidissent, et
 fructum exhibuissent. Itaque,
 hic indicium est, magnum
 fuisse credentium numerum.

S. Ioa. Chr.

Hom 54 in Actu.

60
Passio Christi.

In Iesu - pro impio pietas fla-
gellatur; - pro stulto sapientia
illudatur; - pro mendace veritas
recutur; - damnatur justitia
pro iniquo; - misericordia affici-
tur pro crudeli; - pro misero re-
pletur sinceritas aceto, inebria-
tur felle dulcedo; - addicitur
innocentia pro reo; - moritur
vita pro mortuo.

S. Aug. Serm. 41
in psal. de Pas. Dom.

41
Predicatio

Tunc vere aliis recta pre-
dicamus, si dicta rebus, et
exemplis ostendimus.

S. Greg.

Hom. 17 in Luc.

02
Thesaurus

Depradari desiderat, qui the-
saurum publice portat in via.

S. Greg.

Hom. 11 in Ev.

Libertas

103
Dominus Spiritus est; et ubi
Spiritus Domini, ibi libertas.

S. Hier.

in Isa. c. 11.

Amor Dei et Mundi.

fecerunt civitates duas, amores
 duo. Civitatem mundi, quae est Ba-
 bilonia dicitur, amor sui usque
 ad contemptum Dei. Civitatem
 Dei, quae est Jerusalem dicitur,
 amor Dei usque ad contemptum
 sui.

Aug.

De Civit. Dei

L. 14. 20

Non jubetur quisquam quan-
 tum diligit, sed ea quanto, cum
 dicitur; ea toto: quia ille vera-
 citer Deum diligit, qui sibi
 de se nihil reliquit.

S. Greg.

Scientia

Scientia sine caritate inflat;
 caritas sine scientia aedificat; cari-
 tas cum scientia aedificat.

S. Bern.

04
Iudea

Aperire iudicii pulsanti non vult,
qui cense de corpore trepidat: et vi-
dere eum, quem contempsisse se me-
minit, iudicem formidat.

Hom. I. Greg.

13 in Evang.

07
Invidia

Frustra opem misericordie
celestis expectes, si aliena fruc-
tibus virtutis invidias.

S. Ambr.

L. 4 in c. 4 Luc.

Aspernator Dominus invi-
dorum est; et ab iis, qui divi-
na beneficia in alios persequun-
tur, miracula sue potestatis
avertit.

Id.

Dominus

Resurrectio Domini spes
nostra est: Ascensio Domini
glorificatio nostra est.

S. Aug. Ser. 2. de Asc.

Humilitas.

Altus est Deus: erigis te, et
fugit a te; humilias te, et
descendit ad te.

S. Aug. Ser. 2. de Asc.

Humilia (Deus) de proximo
respicit, ut attollat: alta, id est,
superba de longe cognoscit, ut
deprimat.

Id.

Bonus et Malus.

Quis ita malus est, ut aliquod bonum aliquando non fuerit? et quis ita bonus, ut aliquando non peccaverit?

J. Th. a Villanova

Ser. 2 de Cosm. et Sa.

Si malis semper male esset, bona eorum sine premio manerent, et si bonis semper bene esset, mala eorum impunita relinquerentur; et haec esset maxima injustitia, et deordinatio in universo.

Id.

Tribulatio.

Tribulatio corrigit devios, caecitat tepidos, purgat impuros, illuminat caecos, perficit bonos, coronat pios, firmat dubios.

J. Th. a Villa.

Ser. 2 de Cos. et Sa.

Sancti.

Dominus in omni statu
et conditione voluit Sanctos di-
gere, ut nullus excusetur de
statu suo. Fuerunt reges sancti,
et milites, et medici, pauperes
et divites, ut discamus, quia
in omni statu, qui vult, potest
esse perfectus.

J. Th. a Villa.

Serm. 2. de Cos. et Sa.

J. Augustinus

Quatuor modis aliquis in Tem-
plo Dei lucet, scilicet, fide, Sapieu-
tia, vita, regimine.

Fide lucet in Ecclesia Dei
Martyres, Sapientia doctores, vita
confessores, regimine pontifices.

Omnibus istis quatuor mo-
dis gloriosus Augustinus in
Templo Dei refulsit.

J. Th. a Villa.

Serm. 1^o de Aug.

Mentitur, ait quidam, qui
se Augustini volumina legisse
jactat: plus valet ille scribere,
quam nos sufficimus legere.

J. Th.

Mulier

Vix ulla fuit heresis, que
non habuerit mulierem adiutricem.

J. Hiero. ad Thesi.

Iustitia.

Est justum consilium, ut
qui se a potentiori adjuvari
vult, adjuvet et inferiorem,
in quo est ipse potentior.

J. Aug.

De Sermon. I. III. et IV.

gradus perfectionis.

Quatuor spirituales gradus sunt lectio, meditatio, oratio, et contemplatio.

Lectio est sedula scripturarum inspectio: meditatio est studiosa mentis actio; veritatis notitiam investigans: oratio est devota cordis intentio in Deum: contemplatio est mentis in Deum suspende devotio.

Lectio quasi solidum cibum ori apponit: meditatio masticat et frangit: oratio saporem adquirat: contemplatio est ipsa dulcedo, quae jucundat et reficit.

Lectio quasi fundamentum primae occurrat, et data materia mittit nos ad meditationem:

meditatio quid adpetendum sit diligentius inquirat: oratio se totis viribus erigens in Deum, impetrat contemplationis suavitatem.

Lectio est secundum exterioris exercitium: meditatio secundum interioreum intellectum: oratio secundum desiderium: contemplatio super omnem sensum.

Primus gradus est incipientium: secundus est proficientium: tertius est devotorum: quartus beatorum.


S. Aug.

Scala Parad.

Felicitas.

*Nulla infelicitas frangit,
quem nulla felicitas corrumpit.*

I. Aug.



Paulus p. 1 " 29 " 31
 Paradisy " 2 " 21
 Jesus " 3 "
 Virtus " 4 " 58
 Anima " 5 " 11 "
 Malum " 6 " 10 " 20 " 36
 Iustus " 7 "
 Obedienti " 8 "
 Humilitas " 8 " 10 " 15 "
 Fides " 9 " 14 " 37
 Ecclesia " 10 " 45
 Christianismus " 11 "
 Clemens " 12 " 50
 Tribulatio " 12 " 44 " 47
 Iustitia " 13 "
 Hospitalitas " 14 "
 Divinitas " 14 "
 Mysterium " 15 "
 Homo " 15 " 16 " 17

Sacerdos p. 16 „ 39
 Libertas „ 16 „ 63
 Educatio „ 17
 Sapientia „ 18 „ 19
 Philosophia „ 20
 Crux „ 20
 Iustificatio „ 22
 Roma „ 23
 Mors „ 24 „ 54
 Correctio „ 25
 Pax „ 26 „ 27
 Lex „ 28
 Testamentum „ 30
 Unitas „ 32
 Oratio „ 33 „ 40
 Vita „ 34 „ 35
 Amicus „ 38
 Musica „ 41
 Lux „ 42
 Salus „ 43

Judicium.

Inexcusabilis es, o homo omnino,
qui judicas: in quo enim judicas
alterum, te ipsum condemnas; ea-
dem enim ~~quod~~ agis quod judicas.

Apo. ad Rom.

Spiritus Dei.

In hoc cognoscitur Spiritus Dei:
omnis Spiritus, qui confitetur Jesum
Christum in carne venisse, et Deus est;
et omnis Spiritus, qui solvit Jesum,
et Deus non est.

Joa. 1.

Mulier.

Inveni amarissimam mortem mu-
licem: quae laqueus venatorum
est; et sagena cor ejus; vincula
sunt manus illius.

Qui placet Deo, effugiet eam;
qui autem peccator est capietur
ab illa.

Virum de mille unum reperi;
mulierem ex omnibus non in-
veni.

Ecles. 7.

Sapienter mulier aedificat domum
suam: insipienter aedificatam quoque
manibus destruet.

Parap. 14.

94
Timor Domini.

Quam magnus, qui invenit Sa-
pientiam, et scientiam, sed non
est super timentem Dominum.

Timor Dei super omnia se
superponit.

Beatus homo, cui donatum
est habere timorem Dei.

Qui timet illum cui assi-
mitabitur?

Ecl. 25.

Homo

Quae seminaverit homo, haec
et metet. - Quoniam qui semi-
nat in carne sua, de carne et
metet corruptionem: qui autem
seminat in spiritu, de spiritu
metet vitam aeternam.

Ept. ad Galatas.

Sua

Ut filii lucis ambulatis. fructus
lucis est in omni bonitate, et
justitia, et veritate.

Ephes. 5.

Res puer
Vid tibi, terra, cuius res puer
est.

Cel. 10. 16

Dabo pueros principes eorum,
et effeminati dominabuntur
eis.

Isa. 3. 4.

Tribulatio

Probasti nos Deus; igne nos
examinasti; inducisti nos in
laqueum; posuisti tribulationes
in dorso nostro; imposuisti
homines super capita nostra;
transivimus per ignem et
aquam: — et eduxisti nos
in refrigerium.

Ps. LXX.

Clamaverunt iusti, et Domi-
nus exaudivit eos: et ea omnibus
tribulationibus eorum liberavit
eos. Iustus est Dominus iis qui
tribulati sunt corde: et humiles
spiritu salvabit. Multae tribula-
tiones justorum: et de omnibus
his liberabit eos Dominus.

Ps. XXXIII.

Lea

finis precepti est charitas
de corde puro, et conscientia bo.
na, et fide non ficta

S. Paul.

1 ad Timos.

Paulus

Ideo misericordiam consecu.
tus sum, ut in me prius osten.
deret Christus Jesus omnem pa.
tientiam, ad informationem
eorum, qui credituri sunt illi,
in vitam eternam.

S. Pau.

1 ad Timos.

Si hominibus placere,
Christi servus non essem.

Id.

ad Galat.

Sapientia.

Sapientia ubi invenitur? et
quis est locus intelligentiæ?

Non invenitur in terra sua.
Suaviter viventium.

Deus intelligit viam ejus, et
ipse novit locum illius.

Et dixit (Deus) homini: Ecce
timor Domini, ipsa est sapientia;
et recedere a malo intelligentia.

Job. cap. 28.

Regna

Regnum a gente in gentem
transfertur, propter injusti-
tias et injurias, et contume-
lias, et diversos dolos.

Eccl. X. 8.

Divitiae.

Qui accerunt ex animis suis
injuste, alios congregat, et in
bonis illius alius luxuriabi-
tur.

Ecles. XIV.

Domus que nimis locuples
est, annullabitur superbia:
sic substantia superbi eradi-
cabitur.

Ecl. XXI.

Chaldaei

Suscitabo chaldaeos, gentem
amaram, et velocem, ambulantem
superbissimam in terra, ut possi-
deat tabernacula non sua.

Habacuc.

Prosperitas.

Beatus vir, qui in lege Domini
meditatur: voluntas eius perma-
net die ac nocte: et omnia quae
cumque faciet semper prospera-
buntur.

Ps. 1.

Siligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum; - his
qui secundum propositum voca-
ti sunt sancti

Rom. VIII. 28